



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1248. Usque Ad Annum 1276

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1765

VD18 90118243

§.11. S. Ludovicus in Cypro.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66255](#)

Sæcul.XIII. majorem quam primæ rationem habitum
 A. C. 1248. iri? Hoc Concilium etiam conurationes

 c. 20. ac societas prohibet, ac fœdus contra
 Sup.lib.82. Clerum a Franciæ Proceribus anno præ-
 §. 48. terito conflatum respicere videtur.

§. XI.

S. Ludovicus in Cypro.

Rayn. 1247. Interim S. Ludovicus in Cypro ab insulæ
n. 55. Rege Henrico Liciniacensi exceptus
Gesta. Du- erat, cui Papa Innocentius etiam Regnum
chesne p.347. Hierosolymitanum detulerat, id pro vi-
 duo habens ob condemnatos Fridericum
 & Conradum hujus filium. Quia Fran-
 ciæ triremes ac navis, balistarii & re-
 liqua Gallorum pars nondum advene-
 runt, Ludovicus de consilio suorum &
 Cypri Procerum hyemem ibi agere sta-
 tuit, cum Ægyptum in tempore adire
 haud posset. Decreverat enim, Ægypto
 bellum inferre, ut Sultanum Terræ san-
 ctæ possessorem in ipsius regione invade-
 ret, sicut annos abhinc triginta factum
Sup.lib.78. erat. Henricus cum Regni Præsulibus
§. 15. ac toto pene Nobilium Ordine crucem
 induit, & anni futuri Pascha ad abitum
 universi exercitus destinatum est. Lu-
 dovicus per id tempus, quo in Cypro com-
 morabatur, composuit multas controver-
 sias inter Proceres cruce signatos, quos
 continere difficile semper fuit, cum alteri

ex

ex alteris non penderent, ac Regibus Sæcul XIII.
suis parum obtemperarent. Latinus Ni- A.C.1248.
cosiæ, quæ insulæ caput erat, Archiepis-
copus a quibusdam Regni Nobilibus dis-
sivebat; quapropter fere omnes a piorum
cœtu secluserat: Legatus Odo Castro-
Rodulphinus partes reconciliando fecit,
ut Nobiles absolverentur. Archiepisco-
pus Græcus ex insula dudum relegatus
fuerat tanquam schismaticus & Archi-
episcopo Latino inobsequens: sed tunc
reversus ei se submisit cum Græcis reli-
quis ab Ecclesiæ communione repulsis.
Legatus eos anathemate solvit, & co-
ram illo errores quosdam abjurarunt.

Erant in Cypro Saraceni captivi,
quorum multi baptismum vehementer
petebant, quanquam edocti erant, non
ideo se liberos fore. Legatus quinqua-
ginta septem fidei mysteriis imbuit, hoc
est, catechumenos fecit die festo Epiph-
aniæ 6 Januarii, & postquam triginta sa-
cro fonte lustraverat, Græcis instructo
agmine procedentibus ad certum fluvium
se contulit, ubi in præsentia utriusque
Regis unum Deum, unam fidem, unum
baptisma esse, atque se hanc ceremoniam
in memoriam Christi a Joanne simili die
in Jordane abluti facere agnoscebant.
Intingentes crucem in aquam hæc dice-
bant verba: Pater est lumen, Filius lu-
men, Spiritus Sanctus lumen. Funde-
bant To.7. Spicil.
p. 223.

Sæcul. XIII. bant ibi preces pro Papa, non item pro
 A.C. 1249 Imperatore Vatacio, quoniam hunc ille
 sacro fulmine perculerat. Hæc Legatus
 ipse in aliqua ad Papam epistola refert.

§. XII.

*Tartarorum ad S. Ludovicum
legatio.*

p. 215. Ut idem Legatus iisdem in litteris me-
 morat, die lunæ post festum S. Luciæ
 nempe 14 Decembris an. 1248 in Cy-
 prum advenerunt Legati cuiusdam Tar-
 tarorum Regis, & Nicosiam delati S. Lu-
 dovico tradidere epistolam Domini sui
 Ercalthai sermone Persico ac litteris A-
 rabicis scriptam, in qua, cum eum inter
 exquisitam verborum lautitiam tumido
 gentium ad Ortum habitantium stylo sa-
 lutassem, dicebat: Oro Deum, ut Re-
 gum Christianorum copiis victoriam ac
 triumphum de inimicis crucis tribuat.
 Et postea: Volumus, ut omnes Christia-
 ni sint liberi, ac de suis bonis securi, tem-
 pla diruta reædificant, & in quiete pro
 nobis preces ad Cœlum mittant. Kio-
 cai Rex terræ præcipit, ut in divina lege
 inter Latinum, Græcum, Armenium, Ne-
 storianum, Jacobitam & cunctos, qui cru-
 cem adorant, nulla sit differentia: omnes
 sunt apud nos iidem, atque ut omnibus
 æque faveatis, cupimus. Epistola duo-
 bus

*Duchesne**p. 348.**Matth. Ad-
ditam. p.*